



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 102. Ordo Ecclesiasticus suas rationes Senatui exponens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C. 1586.

§. CI.

*Continuata Cleri Gallicani comitia  
anno 1585. incæpta.*

*Abregé des  
act. & mem.  
du Clerge  
de France  
tom. I. par  
Boujou  
p. 494.  
Act. du Cler.  
gé cher Vi-  
tre p. 38.*

Interea in Cleri Gallicani comitiis, quæ anno priori incœperant, sessiones usque ad mensem Junium hujus anni protrahebantur, & quidem die octava Februarii Cancellarius Archiepiscopo Viennensi significari jussit, mirum videri, quod plures Episcopi, quibus abjuratio ab hæreticis facta non probatur, insuper insistere velint, ut eadem ab illis publice fieret: igitur hac super re sancitum, ut ejusmodi ejurationum tabulæ Noviodunensi Episcopo traderentur: cum vero Sixtus V. Papa ad Regem quoddam misisset diploma, vi cuius ex redditibus Ecclesiasticis centum aureorum millia exigendi facultatem eidem concesserat, addita tamen hac clausula, *Invitis Clericis, & contradicentibus*, hinc sacer Ordo desuper questus Senatui regio libellum supplicem porrigebat, rogans, ne hoc diploma ad acta referretur.

§. CII.

*Ordo Ecclesiasticus suas rationes Senatui exponens.*

Ordo Ecclesiasticus die tertia Martii per Noviodunensem Episcopum suas

Sæcul. XVI.  
A. C. 1586.

suas rationes exponi iussit, hocque scri-  
pto ita mentem suam aperuit: „ad ven-  
„ditionem in diplomate allegatam no-  
„strum consensum nec dedimus, nec  
„dare possumus, quapropter hujus Bul-  
„læ promulgationi, atque executioni  
„nos opponimus, Senatūque rogamus,  
„ut nostræ declarationis, atque oppo-  
„sitionis testimonium nobis tradatur:  
„quippe secundum omnes leges, nec  
„non in cunctis Rebuspublicis rite ordi-  
„natis *nemo invitus carere cogitur re sua*;  
„liberum enim proprii boni regimen  
„cuilibet permissum est, dummodo illud  
„non dissipet, ac nemini injuriam in-  
„ferat. „

Perceptis hisce rationibus emanabat  
Senatusconsultum, vi cuius Diploma  
reciperetur quantum ad prima quinquaginta aureorum millia, circa reliquam  
autem hujus exactionis partem Regi  
supplicaretur, eo quod ipso diplomate  
præfata summa in duas partes æquales  
divisa esset, & præter quinquaginta au-  
reorum millium alienationem ex rediti-  
bus hauriendam, quam diploma a Cle-  
ro promissam, atque concessam suppo-  
nit, insuper aliam æqualem summam ex-  
torqueri permetteret, imo & præciperet:  
attamen sub idem tempus Ordo Eccle-  
siasticus datis ad Papam literis de hoc  
diplomate querebatur, eundem ro-  
gans,

Ff 3

gans,

Sæcul. XVI  
A.C. 1586. gans, ut interpositam oppositionem non  
rejiceret.

## §. CIII.

*Aliæ rationes per Viennensem Archiepiscopum Regi expositæ.*

*Act. & mem.*  
*t. t. p. 97.* **D**um Delegati inter se convenerant, quod absque Cleri consensu nec ad ullam venditionem, nec ad bonorum alienationem pro reliquis quinquaginta aureorum millibus procedi queat, hinc Viennensis Archiepiscopus unacum Borbonio Cardinale, Archiepiscopis, Episcopis, ac Cleri deputatis rursus alias rationes die quarta Martii Regi exposnebat, declarans, quod hoc Pontificis diploma Ecclesiasticorum juribus derogaret, Clerusque maximo exponeretur damno, si in venditionem ibi concessam consentiret: insuper eadem occasione Ordo Ecclesiasticus Regi paratum se offerebat, quod pro Regni necessitatibus juxta conditiones, ordinem, & normam jam antea Regi exhibitam, ab eoque acceptatam deciescentena aureorum millia pendere velit. præterea iidem Ecclesiastici hæc exposnebant: „Clerus, cum decimæ juris di-  
„vini sint, haud immerito existimat, quod  
„nec summi Pontificis, nec regis Majestatis suæ mens eo abierit, ut hæc alienarentur, aliunde vero Sixti V. diploma  
„ma